



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia Catholica, Hoc Est Christianae Fidei, Qvam Ad  
Salvtem Animarvm Aviti Avgvstae Domvs Saxonicae  
Principes, Reges, & Imperatores coluerunt, Gloriosa  
Confessio**

**Cutsemius, Petrus**

**Coloniae Agrippinae, 1621**

De Brvnone, Dicto Gregorio V. Papa Romano.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11884**



DE BRVNONE, DICTO GRE-  
GORIO V. PAPÁ ROMANO.

**C**ONSEQVENTER nunc dicam non de  
 Henrico, Ottonis III. in Imperio succes-  
 fore, sed prius de duobus alijs eiusdem con-  
 sanguineis coætaneis, ne temporis ordinem  
 perturbem, de Brunone, & Bonifacio, quorū  
 vterq; professione, & statu summi fuerunt in  
 Ecclesia Prælati, & Doctores. Ac primo loco  
 Brunonē quod attinet, filius fuit ille Ottonis,  
 Sueviæ & Bauariæ Ducis, qui fuit filius Lu-  
 dolphi, primogeniti filij Ottonis I. Impera-  
 toris: Igitur Cæsaris Ottonis I. pronepos. Ma-  
 ter eius fuit Iudith Lotharingica. His Bruno  
 parentibus oriundus, adolescēs, literatę pieta-  
 ti operā dedit, adeoq; in eius studio profecit,  
 vt ætate maturior meruerit præfici Ecclesiæ  
 Verdensi in Westphalia Episcopus, qui tunc  
 cænobiū fundauit Oldēstādēse. Sed meliore  
 Cathedra dignus, non multo post tempore  
 Pontifex creatur Romanus, mutato nomine  
 Gregorius V. Inuenit tempore electionis æ-  
 mulum, & Dignitatis Apostolicæ competi-  
 torem, Philagathum, patria Calabrum, ori-  
 gine verò Græcum, Episcopum Placentinū,  
 nuncupatum pro breui sēssionis suæ tempore  
 Iohannem XVI. quem, vt supra dictum fuit,  
 Crescētius senator, à Romanis consul electus,  
 suā in.



fuâ instituerat authoritate. Sed qui truculen-  
tis vtrumq; affecit pænis Cæsar Otto III. ag-  
natum suum Gregorium, amoto schismate, in  
pacifica fede collocavit: quod sic breuib. in-  
dicat verbis Ditmarus lib. 4. *Dehinc Romã ve-  
niens gloriosè nepotem suũ Brunonem Ottonis fi-  
lium Ducis, in loco Iohannis Papæ nuper defuncti  
cum omnium laude presentium constituit.*

Rebus itaque compositis Gregorius Papa  
salubria inquit consilia, quæ spectant, tum S.  
R. Ecclesiam, tum Imperium, concilium con-  
uocatis Romam Episcopis congregans, cuius  
memoria est in Actis S. Adelberti, Episcopi  
Pragæ, apud Prutenos Martyris, de quo su-  
pra in Ottone III. dictũ fuit, qui à Bohemis in  
exiliũ pulsus Romã venerat, petens à Papa li-  
cetiã, & benedictionẽ peregrinandi ad terrã  
Sanctã. Quæ non parvè considerationis causa,  
in eadẽ tunc Synodo peruoluitur & votis E-  
piscoporũ, in primis Archiepiscopi Mogun-  
tini, concluditur, vt Adelbertus posthabito  
vitæ discrimine redeat ad refractarias oues.

\* *Affensit Papa Gregorius, & semel susceptum gre- \*In Actis  
gem non posse eum impunè dimittere Scripturæ S. Adelb.  
sententijs affirmat.*

## DE ORIGINE ELECTIONIS

REGIS ROMANOR. PER VOTA PROCERVVM

GERMANIÆ.

QVOD AD Imperiũ verò, sollicitè tractavit  
cũ Cæsare Ottone III. agnato suo, quẽ in

F 2

infelice